

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 12v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

sepulcra pre se fert creta male pitura. Cicero de deorum natura cum
tres Joues a theologis enumerari diceret: aut tertium fuisse cretensem
Saturni filium: cuius in insula illa sepulcrum ostenditur: Quo igr
pot alibi deus esse uiuus: alibi mortuus: Alibi habere templum: alibi se
pulcrum: Sciant ergo romani capitolium suum: idest summu caput
religionum publicarum nihil esse aliud: q inane monumentum: Ve
niamus nunc ad eius patrem: qui ante regnauit: & qui fortasse plus
habebat in se: quod ex coitu tantorum eloz genitus esse dicatur: Vide
amus quid in eo fuerit deo dignum: In primis illud q aureu seculum
narratur habuisse: q iusticia sub eo fuerit in terra: Teneo aid in eo: quod
in eius filio non fuit: Quid n. tam conueniens deo: q iustum regimen:
ac pium saeculum: Sed cum eadem ratione natum esse cogito: no
possum putare deum summu: quo uideam esse aliquid antiquitus: ce
lum scilicet atq terram: At ego deum quero: ultra quem nihil est: qui
fons & origo sit: Hic sit. necesse est: qui caelum ipsum condidit: terramq su
dauit: Saturnus aut si ex his natus est: ut putatur: quemadm potest deus
esse principalis: qui alys ortum suum debet: aut quis praefuit mundo prius q
saturnus gigneretur: Sed hoc poeticum est: ut docebam ante figmentu:
Nec n. fieri poterat: ut elementa insensibilia tantoq intuallo separata in v
nu coirent: ac filium procrearent: aut is: qui natus esset: non potissi
mum genitoribus similis existeret: sed eam formam gereret: qua pa
rentes sui non habebant: Queramus ergo quid veritatis: sub hac fi
gura lateat: Minucius felix in eo libro: qui octauus inscribitur: sic argume
tatus est: Saturnum cum fugatus esset: a filio: in ytaliamq venisset: cae
li filium dictum: quod soleamus eorum: quoz uirtutem miremur: ad
eos: qui repentine aduenerint: de caelo cecidisse dicere: Terrae autem: q
ignoratis parentibus natos terrae filios nominemus: Sunt hec quidem
silia ueri: non tamen vera: Quia constat & tunc cum ignorarent
ita esse hitum: Potuit sic argumentari: Saturnum: Cum potentissi
mus rex esset: ad retinendam parentum suorum memoriam nomina
eorum caelo terraeq indidisse: cum hec prius alys vocabulis appellarent:
Qua ratione & montibus & fluibus nomina scimus imposita. Neq
n. cum dicunt poetae de progenie atlantis aut Inachi fluminis: id potis
simum dicunt homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari: sed
eos utiq significant: qui nati sunt ex his hominibus: qui uel uiui vel
mortui nomina montibus aut fluminibus indiderunt: Nam id apud
veteres: maximeq graecos fuit usitatum: Sic maria eorum tral traxisse